









SEMICENTURIA  
QVÆSTIONVM  
FEUDALIUM,

~~296.~~  
296.

QUAM  
DIVINA ASPIRANTE GRATIA,

1624,5

EX

16

DECRETO ET AVTHORITATE AMPLIS-  
simæ Facultatis Iuridicæ in celeberrima  
Argentoratensi Academia

PRO SVMMO IN VTROQVE IVRE  
Gradu consequendo,

Publicè examinandam proponit

IOANNES HINTZIVS  
Belgard. Pomeranus.

Ad diem IVLII, Horis locoq; consuetis.



ARGENTORATI,

Excudebat PAVLVS LEDERTZ,  
Anno M. DC. XXIV.

8

al. C. 1





SEMIGENTURIA  
OVESTIONVM  
FEDDALIUM

QUAM  
DIVINA CURE RANTE GRATIA

DECRETO ET AVTHORITATE AMPLIS

Sim v Facultatis Iuridice in celeberrima  
Argentinensi Academia

PRO SPATIO IN VITRO QVE IURE  
Civili esse deinceps

Publice examinandum proponit

IOHANNES WARTZLIVS  
Abbas Paderbornensis

Ad diem VIII. Novembrii 1721



ARGENTORATI

Imprimetur PAVLVS LEDARTVS  
Anno M. DC. XXIV.





## Q V A E S T I O I.



AN feudum rectè dividatur in feudum ex pacto & providentiâ & in hereditarium? Hæc quæstio solidè resolvitur, si dicamus, textus feudales & præcipue textum in c. an agnatus vel filius 2. F. 45. non loqui de feudo hereditario, sed feudo ex pacto & providentiâ, atq; ita jure feudali in scripturam redacto, hæc distinctio non obtinet; sed usus ex æquitate istam adinvenit, hinc magis est forensis, quàm scholastica. Vult. I. F. 8. n. 2; vers. ceterum. Eam tamen esse & observari tot Dd. autoritates & Cameræ præjudicia, ut vocât, ostendunt; Rosenth. de feud. c. 2. q. 33. n. 1. & qq. sqq. Vult. d. loc. n. 23. sqq.

## Quæstio II.

Si duobus feudum promissum, uter in eo præferendus, vel utri illud feudum verè & realiter tradendum? In hac q. multiplex occurrit distinctio: aut summus princeps, vel is qui superiorem non recognoscit, feudum promittit, & quidem duplici modo; aut ex gratia aut in modum contractus. Si ex gratia, tunc is, cui primum promissum præfertur, licet etiam posteriori traditio sit facta Gail. 2. observ. 55. & quos allegat Vult. I. F. 10. n. 11. vers. et si verò; Id tamen ita limito, nempe assertionem illam veram esse, si princeps ejusmodi utatur verbis, quibus innui potest priori aliquod jus reale principem dedisse, secus verò esse, si communiter promittat, quia in dubio communis juris regulis non vult derogare princeps; Hartm. Pistor. q. 29. p. 2. lib. 2. n. 21. seqq. Si v. in modum contractus; tunc princeps & alius superiorem non recognoscens jure privatorum communi & eodem quo aliquis inferior utitur. Rosenth. de feud. c. 3. q. 21. gl. d. Hinc eo in casu princeps uti & reliqui subsequenter reguntur juris nexibus: quippe quod in terminis promissionis non teneatur dominus ipsum feudum tradere, sed præstando interesse liberetur. Vult. I. F. 10. n. 8. ubi alleg. qui videndi. Iccircò cui dominus tradere velit, is præfertur, Si verò actus cardini proximiori inhæreat, tunc is præfertur, cui traditio facta, etiamsi in promissione sit posterior ob vinculi scilicet

A 2

cet



et tituli & possessionis duplicitatem, *Vult. d. loc. n. 11. vers. quinimo*  
*fundamentum est in l. quoties 15. C. de R. V.* quia posterior habet ali-  
quod jus reale, prior tantum verbale *Hartm. pistor. d. loc. n. 15.* non  
tamen hæc sine limitationibus intelligenda. Si prior generali-  
ter investitus posterior specialiter de certo feudo hic illi præfer-  
tur *arg. l. in toto ff. de R. I. c. generi eod. in 6.* Si dominus de feudo  
vivētis in casum mortis abusive investierit, & feudi possessori po-  
stea licentiam alienandi dederit, is v. alij vendiderit, & tradiderit  
iste emtor præfertur *arg. c. 2. de feud. dato in vicem L. commiss. reprob.*  
*l. F. 27. Rosenth. c. 6. q. 9. n. 1.* Si investitus sciverit ante alium inve-  
stitum, si feudum evincatur, certè de evictione agere non potest,  
*c. 1. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8.* De hac quæstione videnti *Rö-*  
*senth. d. to. modest. pistor. q. 6. p. 1. n. 23. Fachin. p. 3. contr. q. 33. Bruckm.*  
*consil. 39. vol. 1. Borch. de feud. c. 7 n. 12. Schrad. p. 5. de feud. c. 2. n. 19.*  
*Schurff. consil. 53. n. 7. cent. 1. Mynsing. cent. 4. observ. 61. n. 15. vult.*  
*d. loc.*

### Quæstio III.

An sede vacante capitulum vel conventus rectè ali-  
quem investiat? Iterum res aliquot distinctionibus per-  
ficienda. Nam res sacræ & Ecclesiæ non indistinctè in feudum da-  
ri possunt. Regula enim est, quod res sacræ & Ecclesiasticæ regu-  
lariter in feudum dari nequeant *per l. jubemus nulli & auth. hoc jus*  
*porrectum C. de SS. eccles. tot. tit. de rebus Eccles. non alienand. arg. c. 1. in*  
*pr. l. F. 1. de his qui in feud. dari poss. De reb. Ecclesia tradit Sch. de feud. p.*  
*3. c. 1. n. 1. Zasius p. 4. per §. 9. de ver. divis.* Quæ regula suas & quidè mul-  
tas habet ampliaciones, quæ faciliè apparebunt, si de limitatio-  
nibus constiterit. Perdit itaq; regula suum officium in bonis Ec-  
clesiæ, quæ antiquitus infeudari sunt solitæ nam illæ in feudum  
dari possunt. *c. 1. ibi antiquitus de his qui feud. dar. c. 1. Episc. vel Abb.*  
*l. F. 6. Rosenth. c. 4. q. 21. & aliquor. 2. in rebus quas Pontifex infeu-*  
*dat. Rosenth. d. c. 4. q. 17. 3. in rebus modicis ut prædiolo aut vin-*  
*eola Rosenth. d. c. q. 20 etiam de novo. 4. Si prælatus capitulo suo feu-*  
*dum det Rosenth. d. q. 20. 5. in illis decimis quæ ante concilium La-*  
*teranense fuerunt infeudatæ, si aperiantur Rosenth. d. c. 4. q. 27. 6.*  
Sic si prælati & abbatissæ necessitate urgente adhibitis tamen so-  
lennitatibus infeudant, infeudatio valida est *Rosenth. d. c. 4. q. 18.*  
Hisce



Hiscæ præmissis ulterius distinguitur inter ecclesiam cathedralē, & non cathedralē; in illa constitutum ut non valeat per capitulum facta infeudatio etiam de rebus, quæ ut supra ostensum, licet infeudentur *c. illa. ne sede vacante*, nisi capitulum aliqua bona separata toti capitulo communia habeat *Rosenth. d. c. 4. q. 26.* Inferiorum a. non cathedralium ecclesiarum conventus etiam sede vacante bona superius infeudari licita infeudare potest *Rosenth. d. c. 4. q. 24.* quod aliàs in contractibus ecclesiæ non cathedralis conventus consensus sit de substantia, qui tantum in cathedrali propter posteritatem necessarius.

Questio IV.

Si filiusfamilias acquirat feudum num partis fiat usufructus? Nego ex immobili pro omnibus illo fundamento quod feudum sit peculium castrense, in quo pater usufructum non habet *arg. l. 1. C. de castrensi peculio*: Et quod feudum detur vasallo ut fructus percipiat & inde serviat ut *c. 1. §. fin. in quib. caus. feud. amittat. 2. F. 23. ubi expresse dicitur quod usufructus illius rei ita ad accipientē transeat, ut ad eum heredesq. suos masculos in perpetuū pertineat, ad hoc ut ille & sui heredes domino fideliter serviant, junct. authent. Excipitur. & Idem est. C. de bonis quæ liberis.* Et si patri acquireretur usufructus infeudo, tunc esset servitus servitutis, quæ omninò esse nō potest *l. 1. ff. de usuf. legat*: Et ex natura successionis in feudis est ut illa ad ascendentes non transeant *2. F. 50. tis facit patrē in feudo filij nō succedere 2. F. 84. Sic etiam statuunt Rosenth. de feud. c. 7. q. 14. gl. n. & seqq. & n. 13. seqq. Borch. c. 5. n. 48. Vulr. 1. F. 4. n. 8. vers. sed an feudo, Wesenb. de f. c. 5. n. 4. Schn. de f. p. 6. n. 7. Zasius p. 5. n. 48. noviter Rüdinger lib. 1. variar. lect. feudal. c. 42. Roland. à valle consil. 71. n. 65. & 66. volum. 2. Fachin. 7. controv. 77. vers. sed contrarium Boer. decis. 199. n. 2. 3. 4. & quos allegant Vult. d. loc. Rosenth. d. gl. n.*

Questio V.

An Res publicæ in feudum dari possint? Resp. quædam possunt infeudari, quædam v. non. Infeudentur 1. quæ solitæ sunt infeudari; imò & illæ quæ nō sunt solitæ infeudari *Schneid. de feud. c. 1. p. 4. n. 7. 8.* Sic Imperator Romanus non solum de patrimonialibus ac propriis: sed pro amplianda Imperij Majestate de fiscalibus



ac bonis Imperij infeudare potest. Gothof. Ant. disp. feud. 2. th. 4. lit. b. in fin. & hoc ex plenitudine jurisdictionis competentis, cujus vigore etiam potestas illi competit infeudandi feuda imperio aperta, ut patet exemplis, & constat ex aurea Bulla c. 7. §. fin. Exempla in promptu sunt, Rudolphus I. Comes Hassburgensis, cum Austria suo tempore legitimo herede destitueretur, eam imperio vindicans, filio concessit ex quo Archiducum Austria origo, & vigore hujus constitutionis, Imperator Sigismundus, Electoratum Brandenburgicum, per mortem Iodoci March. Brand. imperio apertum, Friderico Burggravio Norimb. an. 1411. concessit. Peuc. lib. 6. chron. in Sigism. postmodum quoque Electoratum Saxonicum, extincta in Alberto Ursinorum familia Friderico I. Misnia Marchione, in feudum contulit. Spang. in Chron. Mansfeld. Cusp. in Sigism. Dress. in Chron. Saxon. anno 1423. & infeudat tanquam de re ad se & imperium devoluta. Sic etiam in feudum dari possunt regalia Schrad. d. loc. n. 9. adeo ut de majoribus recte infeudetur. Thom. Mich. disp. de jurisd. th. 24. lit. a. Excipiuntur Principis ossibus penitissime inherencia. Limitanda, a. superius dicta quod non procedat ista infeudatio, si grave detrimentum reipublice pariat, Vult. 1. F. 5. n. 15. Gothof. Ant. disp. feud. 3. th. 3. lit. c. arg. c. intellecto de jurejurando. etiamsi esset pars tantum. Schrad. d. loc. n. 22. Et si multae investiturae de minoribus rebus, quae simul conjunctae damnum pariunt, posteriores additae non valent. Schrad. d. loc. n. 23. Hinc quidem hodie vigore capitulationis Caesareae feuda aperta imperio deberent incorporari, vide Thom. Michael. d. disp. th. 13. lit. b.

Quaestio VI.

An fructus pendentes infeudum dari possint? Quamvis Gothof. Ant. disp. 3. & 4. lit. 1. post Schraderum p. 3. c. 2. n. 56. & seqq. fructuum seu rerum solo coherentium talem adhibeat distinctionem, quod res, separatae a solo, utilitatem tamen habentes, in feudum tantum dari possint; non vero separatae, nullam habentes utilitatem: Simpliciter tamen cum Rosenth. c. 4. q. 2. n. 2. & quos allegat gl. c. Tiraquell. de retraiet. lignag. §. 1. ou autres choses & c. gl. 7. n. 54. Vult. 1. F. 5. n. 5. Affirmo per c. 1. §. sciendum fin.



fin. de feud. cognit. & ibid gl. 2. F. 1. qui textus indistinctè loquitur, e gò indistinctè intelligendus. Præterea adnumerantur rebus immobili- bus à d. gl. Tiraquell. & quos allegat d. gl. 7. n. 37. Et est ratio rationis quod fructus pendentes sint pars fundi l. Fructus pendentes. 44 ff. de de R. V. l. 22. C. eod. l. fin. §. fructus ff. qua in fraudem credi. o. l. 12. §. II. in fin. ff. de instructo vel instrumento legat. l. 62. §. 8. ff. de furtis Sic & molendina solo cohærentia infeudari possunt. Curtius fun. de feud. p. 1. q. 6. n. 11. Vult. d. n. 5. Rosenth. d. c. 4. q. 4. n. 1. gl. a. Tiraq. d. gl. 7. n. 22. per eandem rationem. Et pascua & nemora. Rosenth. d. c. 4. q. 1. sub di- ctaratione.

Questio VII.

De molendinis facta mentio; nunc quæritur, quomodo & quando prior molam habens, aliam de novo molam ex- structurum prohibere possit? Respondeo quod qui ædificat in alio flumine, sed tamen suo quàm eo, cui prior suum molendum apposuit nunquam prohiberi potest Cravetti. de antiquit. tempor. p. 4. §. circa præmissa n. 13. & seq. Alexand. Consil. 194. n. 1. 2. lib. 2. Ro- senth. c. 5. q. 28. n. 1. gl. a. Roland. à valle Consil. 97. n. 1. vol. 3. sive etiam ædificet in flumine publico licentia concessa Alexand. d. consil. 194. n. 7. II. Cum sit res meræ facultatis, præscribi nõ possit, nec obligatione facile alicui acquirat. Lucius 82. §. testator. 5. de leg. 2. l. Ait Prator 2. §. 2. l. Habet 15. in pr. ff. de precario l. 2. & ibi Dd. ff. de via public. & itin. pub. & l. Quo minus 2. de flum. l. 1. §. deniq. l. Si in eo fundo 21. de aqua & aq. plu. arc. l. Voluntaria 12. C. de excus. tutor. l. ult. C. Ne- uxor pro marito. Menoch. de A. I. Q. cas. 160. cap. Significante de appell. c. possessiones 6. q. 1. Si v. in eodè flumine vel publico vel privato in quo prior ædificavit extruere velit quis de novo molam, tunc in privato indistinctè licet, ità ut antiquior prohibere non queat. Alexand. d. consil. 194 n. 4. lib. 2. & quos allegat Rosenth. d. c. 5. q. 29. gl. b. Licet enim in meo etiam cum detrimento vicini ædificare, dum- modò non fiat in ejus æmulationem & injuriam. Gail. 2. Observ. 69. n. 1. Mascard. de probat. conclus. 620. vol. 2. Menoch. 6. presump. 29. & Cas. 156. Ant. de Padyll. in l. si major. & l. Altius. C. servit. & aqua l. Lucius. ff. de aq. quot. & astiv. Saltem si principaliter faciam, ut mihi prosim, non ut illi noceam, quia nullam debet servitutem prædium liberum. l. Fluminum, §. fin. & l. Proculus ff. de damno infect.

in



In publico verò flumine antiquiori molendino existente, novum erigere nō possim nisi mihi cōcedatur, & nisi aqua utriq; sufficiat *Rosenth. d. q. 29. n. 5. gl. c. Alexand. consil. 22. consideratis verbis n. 9. lib. 4.* Si vero utrumq; concurrat ædificare possum, etiamsi quid cōmodi, quod minus fortè frumenti quam aliàs portatum fuit, ad suum portatur, priori decedat, nam hæc non est justa causa impediendi *Alexand. d. consil. 194. n. 11. gl. b.* Si verò aqua utriq; non sufficiat, non possum extruere novum nisi prior illicite ædificasset & ego licitè hoc facio *Rosenth. ibid.*

### Questio VIII.

Illud ratione molarum & datæ decisionis adhuc quaeritur; Si dominus subditis suis mandet, ne alibi quam in suo molendino molant, vel à se cerevisiã emant, aut simile quid, quod antea voluntatis fuit prohibeat an & quomodo subditi vel tertius, in cuius præiudicium ista prohibitio tēdit, contra prohibentem utiliter agere possit? In hac quaestione dico quod subditi cogi non possint, per fundamentum quod in q. 7. deductum, quod scilicet sit res meræ facultatis molere addunt calculum *Rauchb. quest. 28. n. 1. p. post. Boër. decis. 125. n. 4. Balb. de prescript. n. 4. p. 5. pr. q. 5. Crav. de antiq. tempor. p. 4. §. circa præmissa n. 1. Rosenth. c. 5. q. 28. 29. 30. Roland. à valle consil. 8. n. 38. 39. vol. 3. Fundamenta sunt in l. ambitiosa 4. ff. decret. ab ordine faciend. l. ordinis 2. C. de decret. decurion. lib. 10. tit. 46. optimè l. gravatas §. C. de censib. lib. 11. tit. 57. Rauchb. d. loc. n. 11. seqq. ubi adducit iudicata, eaq; in appellatione confirmata dicit Boër. d. decis. n. 5. circa finem Distinguunt tamen si in utilitatem publicam prohibeat quis, quod obtineat; Si v. in privatum commodum hoc faciat, quod non obtineat. Tertius autè in cuius præiudicium ista prohibitio fit ad remediū appellationis confugere potest l. 4. §. aliol. à sententia §. in pr. §. 1. l. si prolusorio 14. l. servi 15 de appell. Gail. 1. observ. 70. n. 14. & observ. 122. & observ. 125. vel ad causam intervenire l. sepè pen. de re judic. Gail. 1. observ. 69. n. 70. 71. & 72. Facit omnium optimè quod hic tertius antiquius jus habeat, & in pari causa antiquioris melior est conditio.*

Que-



## Quaestio IX.

Castro in feudum concessio quid veniat dispiciendum? Cōceditur caltrum simpliciter, aut expressis quibusdam; si simpliciter, verum est quod veniant pertinentiæ proxima, ut munitiones, tormenta & arma bellica, annona & similia in castro existentia; imò & remota ut molendina, valles, pascua, nemora; prædia adjacentia, si pro pertinentijs sint habita, redditus, census, prædia quæ castro circumjacent, si à concedente possideantur. *Vult. l. F. 5. n. 4. vers. ita etiam pertinentia.* Sic etiam jurisdictio cum castro concessa intelligitur, si castro cohæreat *Vult. d. loc. n. 5. vers. huc etiam. Menoch. 3. præf. 97. n. 9. seqq. Rosenth. c. 5. q. 6. n. 1. gl. a. per l. 1. §. initio ejusdem aliàs cum urbem. ff. de offic. præf. urb.* Venit etiam merum & mixtum imperium. *Vult. d. loc. Rosenth. d. n. 1.* Veniunt etiam fructus stantes & pendentes *Wurmbser de feud. observ. 23. Jura & servitutes. arg. l. In vendendo. 66. l. Si aqueductus 97. l. fistulas 78 ff. de contrah. empt. Vult. d. loc. n. 4.* Venationes, piscationes. *Vult. d. loc.* Si v. facta concessio castri cum jurisdictione vel expressis quibusdam speciebus, itidem venit merum & mixtum imperium, si castro cohæreat. *Rosenth. d. c. 5. q. 7.*

## Quaestio X.

In re mobili & pecunia numerata, etiam cautione interveniente, feudum non cōsistere, auctores sunt. *Zas. p. 4. n. 21. de feud. Sonsbec. de feud. p. 8. n. 27. Wesenb. de feud. c. 7. n. 8. Borch. c. 6. n. 34. Schrad. d. F. p. 4. c. 1. n. 15. Vult. l. F. 5. n. 10. vers. ita in specie de pecunia. Rosenth. de feud. c. 4. q. 7. n. 1. & quos allegat gl. a. Gothof. Ant. disp. feud. 3. th. fin. & disp. 1. th. 2. sub d. Niellius disp. f. 3. th. 3. Rittershus. part. feud. lib. 1. c. 7. q. 1. 2. 3. 4. Hunn. de F. pag. 159. Obrecht. de feud. c. 3. lib. 2. n. 101. & seqq. Hotom. in disp. feud. c. 16. Ferrar. lib. 2. de feud. c. 3. Hic v. quæritur an pretium pro feudo evicto vel vendito, aut prædium ex eo comparatum feudi loco habeatur? Utrumque negant *Rosenth. c. 4. q. 8. Tiracquell. de retract. ligu. 32. gl. 1. & un. nu. 10. & 20. Alexand. Confil. 24. n. 9. lib. 4. Vult. l. F. 5. n. 20. Pruckm. Cōfil. 9. n. 1. & seqq. vol. 2. Cothman. Cōfil. 43. n. 88. & seqq. vol. 1. Wesenb. c. 7. n. 9. dicit communem & de jure veniorem, per c. 1. §. si Vasallus. si de feudo defuncti & c. & c. ult. de feud. cognit. Et subest ratio, quod licet venditori mercium merces fuerint venditæ, & aliæ ex earum pretio emptæ, hæ non censentur obligatæ**

B

gatae



gata, ut priores, per text in l. quidem ff de in rem verso. Nec etiam pecunia fit feudalis, etiam si conventum inter vasallum, dominum & agnatos, quamvis prædium eo fine illa redemptum fiat feudale Rosenth. d. q. 8. n. 4. seqq.

Questio XI.

An valeat concessio feudi specialis jam ab altero possessi? Et res distinctione perficitur, aut enim concessio fit purè; & sic non procedit ista concessio, nec meretur aliquam efficaciam per c. 1. qui successores teneantur 1. F. 9. & tit. quo tempore miles investituram petere debet 22. §. si quis: eod. lib. Concessio a. sub conditione, scilicet cum apertum fuerit, facta, nō improbatur; sed textus feudales eam potius concedunt §. moribus 2. F. 26. si de feudo defuncti contentio sit inter dominam & agn. vas. & tit. 3. in fin. lib. 1. qui successores teneantur & tit. 27. §. fin. eod. lib. de feud. dato invicem l. commissio. c. 1. de clericis qui investituram fecer. concordat jus Saxonie. feud. Rosenthal de feudis c. 4. q. 9. n. 1. & seqq. Rittershesius p. feud. lib. 1. c. 7. q. 23. Roland. à valle consil. 2. n. 44. vol. 1. Andr. Gail. 2. observ. 155. per tot. Valt. 1. F. 7. n. 46. qui hanc distinctionem de jure civili etiam approbati putat, per l. si rem 31. ff. de V. O. Hartm. Pistor. q. 25. n. 4. p. 2. lib. 2. Non a. opus est conditione, si ejusmodi concessioni assentiatur possessor. Rosenth. d. loc. n. 3. Hartm. Pistor. d. loc. n. 11. per d. c. si quis tamen investieris de feud. dat. in vic. l. commissio. d. c. moribus. Si de feud. defuncti contentio sui etiam jus Saxonie. adstiterit ut habetur in c. 10. Lehnrrecht. Ratio a. dictorum est, quod hæc investitura referatur in tēpus ubi licitum domino investire vasallum, uti de eo, quod jam ad se reversum & cujus liberam administrationem habet, per regul. quod paria sint facere aliquid tempore licito vel permissio, & conferre aliquid in tempus permissum l. in tēpus 6. ff. de heredib. instit. in pr.

Questio XII.

An expectativam investituram per Episcopum vel Abbatem, ante obitum vasalli ultimi factam, ratam habere teneatur successor, casu quo possessionem vivente eo, cujus mors expectabatur, sibi cedi procuraverit novus beneficiarius? Affirmat Hartmannus Pist. lib. 2. p. 1. q. juris 27. n. 40. & seqq. Rosenthal. c. 6. q. 16. n. 8. gl. G. Alexand. consilio 83. lib. 2. versu confirmatur hoc. Tiraquel.



*Tiraquel. de jure const. part. 3. limit. 2. n. 25. per text. in cap. 1. qui succ. feu-*  
*dren. l. F. 3. Et est ratio quod enim perfecte semel per istam realem*  
*immissionem (nam ego eam cum Harv. Pist. d. loc. n. 46. puto realem,*  
*ut possessor prior suo juri renunciaret & se abdicet ut Alvarett. sen-*  
*tit, & suffragatur c. 1. §. prætereà, quibus modis feudum amittatur l.*  
*F. 5.) absolutum est, ex eventu scilicet morientis Prælati non de-*  
*bet retractari Et sic etiam salvatur ejusmodi expectativa, casu quo*  
*capitulum abusivæ intestituræ, vel expectativæ consenserit, Rosen-*  
*thal. dict. q. 16. n. 7. & lit. F. V. l. c. 10. n. 16. ve. s. quod si verò lib. 1. Cur. lu-*  
*ni. de F. parte 2. q. 9. Harv. m. Pist. lib. 2. q. 27. n. 40. Quia successor per E-*  
*lectionem capituli ad istum honorem evehitur, ergo in eius gra-*  
*tiam factum ratum habere debet Vult. d. loco.*

*Questio XIII.*

**An princeps heres obligetur de facto debito, & investitura  
 quam fecit suus antecessor?** Magna hæc est quæstio, quam ali-  
 quot distinctionibus Dd. absolverunt, quarum prima est, quod ali-  
 aliud sit jus in statu Electionis, aliud in successionis: in illo Princi-  
 pem non obligari ad præstandum factum sui antecessoris, cum  
 scilicet jus suum non habet ab antecessore; sed ab Electoribus. Nō  
 autem indistinctè hoc dicendum, tenetur enim successor principis  
 in statu Electionis, quando gesta & facta pertineant ad dignitatē  
 & officium suum, Roland. à Valle conf. 13. & si apud me. n. 13. volum. 3.  
 per cano. justitie 35. q. 1. & expressum textum in can. institutionis 7. 25.  
 q. 2. textum in can. si ea 4. d. causa & q. Prout est infeudare Rol. à  
 Val. conf. 3. n. 37. vol. 1. Et sic resultat alia distinctio, quod princeps  
 per viam electionis Antecessor aut per modum gratiæ quid con-  
 cessit, & tunc non teneri successorem, autor est Rol. à Val. d. conf. 13.  
 n. 8 per cap. si is cui, de præbendis in 6. Aut obligatus per viā cōtractus  
 & tūc aut cōtraxit, de bonis Patrimonialibus, aut de bonis Fiscali-  
 b<sup>o</sup> Si illo modo sit celebratus cōtractus, etiā nō dubiū est successo-  
 rē heredē teneri de gestis antecessoris per l. si quis absent. 5. §. heres 2.  
 ff. de O. & A. & sic intelligendus Rosenthal de F. c. 5. q. 85. n. 3. Gl. E. & F.  
 Non autem tenetur si est successor Imperij, regni, & contractus  
 est conceptus de bonis fiscalibus sive regni. Si autē Princeps jure  
 successionis ad Imperium vel regnum pervenerit, iterum subdi-

B 2

stinctio



inctione opus est, ut videamus, an successio sit hereditaria, an  
verò ex Pacto & providentia: Si hereditaria, eum teneri: Si verò  
ex hoc modo, non teneri volunt.

Quaestio XIV.

Traditione feudum acquiri, & materiam traditionis jus  
feudale variè penetrare constat, ideo pernecessarium est  
inquirere, quænam sint requisita traditionis? Et respon-  
detur, quod ista requisita sint vel communia dâti vel accipienti; vel  
specialia. Communia requisita sunt I. justa causa §. *per traditionē*  
*42. in fin. Inst. de rerum divis*: Nunquam enim nuda traditio trans-  
fert dominium, sed ita, si venditio aut aliqua justa causa præcesse-  
rit, propter quam traditio sequeretur. *l. Nunquam 31. ff. de acq. rer.*  
*d. m.* Sive illa causa revera præcesserit, sive opinione tantum *l. quod*  
*meo 18. §. si furioso. ff. de acq. poss. 2. cōsensus*; ut utrinq; cōsentiatur in  
corp<sup>o</sup>, licet in causa disētiatur. *l. cum in corpus 36. ff. de acq. rer. do-*  
*min.* Specialia sunt vel in dante, vel in accipiente tantum. In dante  
sunt, I. potestas rei transferendæ, quam aliqui habent jure, quales  
sunt ipsi Domini. §. *nihil autē interest 44. Inst. de rer. divis.* Dummo-  
dò liberam administrationem bonorum suorum habeant. Furio-  
sus enim & pupillus, item prodigus, cui bonis interdictum est,  
dominium rei traditæ in alium non transferunt *l. Obligari. 9. ff. de*  
*act. tut. l. is cui bonis ff. de V. O.* Item tutoris & curatoris *l. 16. C. de ad-*  
*ministr. tut. l. 8. in princ. & §. 1. de reb. eor. qui dominor. loco sant. l. 7.*  
*§. 3 ff. pro emptore l. 27. ff. de administr. tut. l. 56. §. 4. ff. de furt. l. 11. §. 7. ff.*  
*Quod vi & c.* Aut habet hanc potestatem dominorum voluntate, &  
sunt vel procuratores, vel dispensatores, quibus est mandatum vel  
speciale, vel generale. *l. 11. §. ult. & l. seq. ff. de pignor. act. l. 33. de ac-*  
*quir. poss.* Illud mandatum autem morte mandatoris ita extingui-  
tur, ut mandatarius etiam ignorans mortē mandatoris, pecuniam  
credens, non transferat dominium. *l. penult. ff. de reb. creditis*  
*l. qui negoc. ff. mandati* Fallit tamen id in Procuratore qui pro parte  
heres institutus, is enim pro sua parte rectè alienat *d. l. penult.*  
*§. ult. ff. de reb. creditis.* Procurator verò liberam habens admi-  
nistrationem, non transfert dominium. *l. Procurator 63. ff. de procu-*  
*rat. l. 16. C. eodem l. 7. in princip. ff. de donationib.* Vel creditores, qui vo-  
lun-



Intrate domini pignoris id rectè trāsferunt, si scilicet ab initio de  
 eo convenerint l. 7. C. de dist. pign. l. 4. ff. eodem. §. 1. instit. quib. alien. lic.  
 Requiritur tamen hīc ut bonā fide hoc faciant & solenniter, aliās  
 tenentur pignoratitia d. l. 4. & l. 9. C. de distract. pignor. & eo modo  
 licitè tradūt toto tit. ff. & C. de distract. pign. Invito Domino tradūt §.  
 contrā. a. Inst. quib. alien. lic. vel nō Vult. l. R. lib. 1. c. 70. n. 27. Sed hic tri-  
 na denunciatio requiritur l. 4. ff. de pignorat. Inter unā quamque au-  
 tem decem dies intercedēt arg. l. 21. §. 1. ff. de const. pec. l. 68. l. seq. ff. de  
 jud. Secundò requiritur in dante voluntas, quæ duo comprehendit;  
 Primū, ut tradens sciat rem suam esse, quam cogitat transferre l. ea  
 qua § 3. ff. de acquir. rer. domin. l. 3. §. 8. ff. de condit. caus. dat. Deinde, ut res  
 sit in commercio hominum & alienari non prohibita, ut non sa-  
 cra, vel dotalis &c. licet enim rei sacræ sequatur traditio, dominiū  
 tamē non transfertur l. 9. §. ha quoque. ff. de acq. rer. domin. l. si me 34. ff.  
 de acquirend. poss. Tertiò ne erret tradens, aliās nihil agit l. si per  
 errorem 15. ff. de jurisdict. Error verò non nocet, si erretur in titulo vel  
 causa, dummodò non in corpore l. cum in corpus 36. ff. de acq. rer. do-  
 min. nec infringit l. si ego 18. ff. de reb. credit. illa enim loquitur de contra-  
 ctu, qui est modus acquirendæ obligationis, uti id ipsum arguit collocatio  
 legis sub tit. de reb. credit. d. l. vero 36. loquitur de traditione ipsa, per quam  
 dominium ipsum transfertur Vult. Inst. ad §. per tradit. n. 8. Nam si error  
 in causa est, dominium nihilominus transit in accipientem, perinde ac si  
 causa utrinque non esset erronea, hoc tamen interest, quando in causa er-  
 ratur, quod dominium ita trāsferatur, ut rursus revocari possit, scil. con-  
 dictione sine causa; quando vero in causa non erratur, dominium trans-  
 fertur irrevocabiliter, & hoc intuitu loquitur d. l. 18. ff. de rebus creditis,  
 nummos accipientis non fieri scil. ad impediendum effectum revocatio-  
 nis, quamvis bene fiant accipientis quoad translationem domini, ad hoc  
 ut vindicari non possint. videatur Gœd. in tract. de contrahenda stip. c. 3.  
 n. 127. & n. 165. Quartò, in dante requiritur ipse actus traditionis,  
 qui pro varietate materiæ varius est; alius enim est rei incorpora-  
 lis, in qua quasi traditio locum sibi vendicat l. 43. §. incorporal. ff. de  
 acq. rer. domin. Et fit vel nuda patientia domini l. si ego 11. ff. de publ. in  
 rem action. l. 43. §. 1. ff. de acq. rer. domin. Vel fit patientia vestita sym-  
 bolo, ut quando quis patientiam suam & facultatem utendi re in-  
 corporali præstat. §. interdum. Inst. de rer. divis. l. 2. C. de servit. & aqua.



*l. xi. ff. de publ. in rem act.* Eadem ratione dignitates & officia publica conferuntur & traduntur, nempe manuum impositione & vestimentorum investitura & ornatu *Alth. lib. 1 Dic. c. 37. n. 10.* Tertio, actus traditionis fit cessione, quâ jus antecessoris in ipsum surrogatum nudâ voluntate transfertur cum possessione *l. 3. 11. 33. 39. ff. de servit. rust. l. ult. ff. cõ. præd. l. 1. §. 20. ff. de acq. possess.* Res verò corporalis mobilis verâ traditione de manu in manum traditur *§. 32. Inst. de rer. divis. l. 1. §. 3. & §. penult. ff. de acq. possess.* Immobilis res traditur inducendo in possessionem rei soli *l. 5 l. 34. ff. de acq. poss. l. 2. C. eodem.* Traditur etiam res nudâ voluntate, ut res quæ jam apud accipientem est, ex domini causa teneat, *l. quâ ratione 9. §. 5. ff. de acq. rer. dom.* Aut alia ex causa retineat *§. interdum Inst. de rer. divis. l. 11. 15. ff. si certum petatur l. 9. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 26. ff. de evictioib.* Traditur etiam permittendo, ut quis rem per se capiat, aut in possessionem rei soli veniat *l. 5 l. 34. ff. de acq. possess.* Vel demonstratione, quæ fit, vel nudè vel symbulo externo vestitâ. Nudè, si columna aliqua ostenditur *l. 1. §. penult. l. 18. §. 2. ff. de acq. poss.* Symbolo, si quis alicui claves domus tradit *l. quod meo 18. §. 2. ff. de acq. poss. §. item si quis merces Inst. de rer. divis.* Sed necessum est, ut realis apprehensio sequatur *Menoch. de retinend. poss. remedio 3. q. 35. nu. 26.* Et hoc requiritur in omnibus signis. 4. requiritur, ut res sit vacua *per l. si ager ff. de R. V. l. 2. §. 1. & seqq. ff. de act. emt. l. 18. ff. de vi & vi arm.* In accipiente requiritur rei traditæ acceptio, quæ non solû corpore actuque, sed etiam oculis, & affectu fieri potest, sivè naturaliter sivè civiliter apprehendatur. Fit etiam fictè, quâ res pro apprehensa habetur. *Alth. d. loc. n. 18. antec. & seqq.* Fit etiam acceptio alieno corpore, ut per servos bona fide servientes, etiam fructuarios, imo etiam liberas personas *Treutl. volum. 2 disp. 21. 0. 3.* Procuratori verò traditio facta non aliter dominium transfert, quam si dominus ratum habeat *l. si ego 24. ff. de negot. gest. addatur l. 1. §. per procurat. ff. de acq. poss. l. 13. ff. de donat. l. 37. §. fin. ff. de acq. rer. dom.* In Universitate transferenda eiusq; possessione apprehendenda sufficit, principalem rem, puta castrum vel eminentius prædium apprehendisse. *Symph. tom. 1. part. 1. tit. 7. n. 145. fol. 504. & f. 155.* Quod tamen ita procedit, quando nemo alius in possessione partium antea sit constitutus *Mod. Pist. cons. 21. q. 3. n. 76. & seqq. Gail. in tract. de pign. obs. 24. n. 4. omnino addatur Rosenthal*



*Rosenthal de feud. c. 6. q. 14. per tot.* Speciale aliquid est in venditione, ibi enim dominium non transfertur per traditionem, nisi precium sit solutum. §. *vendit a 43. Inst. de rer. divis.* Limitatur si fidem sequatur venditor *l. quod vendidi 19. ff. de contrah. emt.*

Questio XV.

An traditio differat ab investiturâ vera? *Affirmo cum Vult. de feud. c. 7. n. 11. lib. 1. Gothof. Anthon disp. 5. 9. 1. lit. G.* Quia ista in feudo antiquo non requiritur, postquam ascendentibus semel facta est traditio *c. sancimus, de feudo sine culpa non amittendo. 1. F. 21.* Jam verò vera investitura semper est necessaria, cum sit de feudi causa formali, nempe ista conventio, sive investitio, seu infeudatio, *Vult. 1. F. 7. n. 11.* Est enim investitura propriè possessio *c. un. in pr. quid sit investitura 2. F. 2.* Hac a. in questione significatio vocabuli investitura notanda, quod scilicet, denotet ipsum actum investiendi die *beshenung c. un. quib. mod. feud. constit. 1. F. 25.* Secundò, possessionem feudi, *d. c. un. in pr. quid sit investitura 3. scripturam, sive breve testatum, den lehnbrief c. un. de notis feudor. 2. F. 58.*

Questio XVI.

Quale tempus præscriptionis in acquisitione & amissione feudi requiratur? Et respondetur, quod in jure feudorum, sive allodium unius, fiat feudum alterius, sive feudum unius, fiat allodium alterius, sive feudum unius, fiat feudum alterius, sive directum dominium unius, fiat directum dominium alterius, in feudo non dubio triginta anni, nō pauciores, quamvis plures interdum, regulariter requirantur, *idq. tradidère autores, Rosenth. de feud. c. 6. q. 77. per tot. Mynsing. cent. 4. observ. 28. & 29. Vult. 1. F. 9. n. 4. & multis seqq. Roland. à Valle. consil. 3. n. 79. vol. 1. Menoch. conf. 2. n. 312. vol. 1. Parisius, conf. 1. n. 123. & conf. 15. n. 14. & conf. 27. n. 66. vol. 1. Alex. conf. 15. Visi narratis n. 6. lib. 5. Fr. Balb. tract. de præscript. 4. p. 4. princip. q. 12. per tot. ubi præmissos casus examinat, Cravett. de antiquitate temp. p. 4. sect. absolutis n. 28. Borchol: de feud. c. 7. n. 5. Wurmsbser. tit. de feud. observ. 13. Ruland. de commis. lib. 2. de interrog. jur. incorp. c. 17. memb. 5. & ita communiter dicunt Rosenth. Menoch. d. loc. Obrecht. de feud. d. lib. 2. c. 6. n. 18. per text. expressum in tit. Si de feudo defaucti contentio sit inter dominum & agnatos vasalli. §. si quis per 30. annos 2. F. 26. & tit. an præscriptione feudum acquiratur. 2. F. 87. ubi Dionis. Gothof. Nā hic*



hic tempus longum significat 30 annos, & tit. de usu Mediolanensi. l. 1. F. 28. ult. & tit. qualiter olim feudum poterat alienari 2. F. 9. §. i. hocque singulare in feudis esse dicit Eguinar. Baro. d. §. si quis per 30 annos notat item Duaren. de feud. c. 8. n. 6. ob istud arctum, quod inter dominum & vasallum intercedit vinculum, de quo tit. 6. & 7. F. 2.

Quaestio XVII.

An vasallus per procuratorem investituræ renovationem petere, itemque de fidelitate per aliū jurare invito domino possit? Affirmo, sed tamen necesse est, ut procurator instructus sit speciali mandato c. un. per quos fiat investitura. vers. sed utrum 2. F. 3. c. un. vers. item sciendum. ibi. item investitura 2. F. 58. facit c. qui facit per aliū 72. de regulis jur. in 6. Auctores sunt Rosenth. d. feud. c. 3. q. 9. Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 66. & c. 3. n. 12. Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 49. Schneid. p. 3. n. 14. Vult. lib. 1. F. c. 7. n. 19. VVesenb. c. 8. n. 12. Borch. c. 7. n. 25. Paris de Put. de feudi redinteg. c. 14. n. 2. & 3. Ristersbus. in part. feud. lib. 1. c. 9. q. 5. Hic notandum, quod ex variâ locorum consuetudine hac quaestio metienda sit, experientia enim docet, quibusdam in locis admitti procuratorem, in alijs vero semper requiri praesentiam vasalli, ut in aula Saxonica observatur, Hartm. Pistoris lib. 2. q. 47. n. ult. p. 1. & idem in Gallia receptum esse, testis est Hotoman. in disp. feud. c. 10. Cujac. lib. 2. tit. 4.

Quaestio XVIII.

An feudum prævio contractu emtionis & venditionis re-  
ctè inducatur; & taliter inductum feudi naturam retineat;  
an v. impropietur? Resp. feudum prævio contractu emtio-  
nis & intercedente pecunia comparatum proprium esse, per e. un.  
in fin. l. 1. F. 1. ibi nisi aliquid proptor feudum acceperint. & c. un. de feudo  
Guardia & c. l. 1. F. 2. ibi pro mercede & c. un. de natura feud. l. 1. F. 7. vers.  
vel nisi emerint feudum. c. un. de beneficio fratris & qualiter frater & c.  
ibi, vel nisi beneficium de communibus bonis emtum fuerit l. 1. F. 20. c. un.  
de fratribus de novo beneficio investitis, ibi, quod si cum equis & armis cō-  
munibus vel pecunia communi sit acquisitum 2. F. 12. Et sic post Somsbc.  
allegatum sentit Boc. cl. 5. disput. 16. th. 4. lit. b. Nusquam enim in li-  
bris feudorum requiritur, quod feudum planè gratuitum esse de-  
beat; sed plurib. potius locis traditur, ut ostensum, precio feudum  
com-



comparari posse. Et illud feudum emptum habet propria feudi requisita in definitione feudi proposita 2. F. 23. in fin. conceditur enim ex benevolentia Domini in re immobili, ita ut proprietates penes dantem remaneat, ususfructus a. ad arripientem transeat & omnes illius heredes, prout in investitura fuerit provisum, masculos vel etiam feminas, in perpetuum, pro mutua fidelitate praestanda. Addit & hanc rationem quod etiam ei beneficium tribuat, qui accepta pecunia aliquid praestat l. 3. ff. de obseq. prest. & quod donatio ob causam, quamvis non sit mera liberalitas, tamen donationis nomine venit l. 1. in pr. l. Aristo. 18. §. 1. l. 27. & 34. §. 1. ff. de donat. l. 2. & 3. C. de condict. ob caus. Dissentiunt Gothof. Anton. disp. feud. 1. §. 1. sub. d. & Vult. 1. F. 8. n. 48.

Quaestio XIX.

An investitor signum, non rem tradens praecise ad rem tradendam obligetur? Reiteranda quae superius dicta, & magis confirmo, quod investiens facultatem rei tradendae habens teneatur tradere, ex eo, quod ista abusiva investitura sit contractus ultro citroque obligatorius. Cum enim vasallus teneatur ad fidelitatem; utique etiam ex eo dominus tenetur ad rem tradendam, cum contrahentium eadem esse debeat conditio l. si id quod in fin. ff. de pericul. & commod. rei vend. text. feudales sunt in tit. 26. §. si facta ibi dominum possessionem feudi, de quo investituram fecit tradere compellendum 2. F. & c. un. §. 1. de nova forma fidelit. 2. F. 7. & in tit. 3. §. fin. lib. 2. F. dicit feudista: quod nulla investitura debet fieri ei, qui fidelitatem facere recusat. E. à contrario, qui non recusat eum investire tenetur. & huius opinionis ad stipulatorem video Vult. de feud. lib. 1. c. 10. n. 1. & 2. Borch. de feud. c. 7. n. 8. Hartm. Pist. lib. 2. q. 29. n. 1. & 2. Mynsing. cent. 4. obs. 61. Schurf. consil. 18. c. 1. Mozz. de substant. feud. n. 36. vers. alius Zas. p. 6 n. 12. Schreid. p. 5. n. 129. Schrad. p. 5. c. 6. n. 17. & seqq. Fallit tamen affirmativam aliquot casibus, quos recensere longum foret.

Quaestio XX.

Feudi successionem testamentariam nullam esse. uti id concludit? Rosenthal. de feud. c. 7. q. 2. c. 3. 4. ubi ampliat & in ead. q. 4. & seqq. usq. ad q. 12. exclusivè tredecim modis limitat, quae limitationes ita sunt comparatae, ut successionem feudalem testamentariam per se non inducant. Idcirco quaeritur, an feuda veniant in universalis fideicommissi  
C resti-



restitutione? Quod negant & regulam negativam constituunt.  
*Vult. l. F. 9. n. 118. Ti. aquell. de iur. retracti. Lignagier §. 1. gl. 3. in Verb. au-*  
*cuns biens n. 8. in fin. qui regulam facit n. 4. quod feuda non comprehen-*  
*dantur in generalibus dispositionibus ut alienatione, hypotheca, rescri-*  
*ptis, statuto & c. Roland. à Valle consil. 29. quia decreto principis n. 11. vol. 3.*  
*quia affirmativa repugnat feudi naturæ, qua quælibet testamenta-*  
*ria dispositio prohibita est, nec feuda in generali dispositione bo-*  
*norum continentur Rosenth. c. 7. q. 22. n. 11. 14. 15. accedit l. fideicom-*  
*missaria 18. §. quotiens l. si res aliena § 2 l. 55. ff. ad SC. Trebell.*

*Questio XXI.*

Vtrum feudum in legitimam imputetur, ita ut filiabus ex  
feudo legitima debeatur eaque ex illo suppleatur? Ex feudo  
cujus fœminæ non sunt capaces filiabus non suppletur legitima,  
cum legitima sit portio eius, quod quis ab intestato habere debet,  
legibus definita *authent. novissima C. de inofficioso testam. & ibi gl. &*  
*Dd. l. Papinianus 8. §. quoniam a. ibi debet ff. eod. Ex eo feudo cuius*  
*sunt capaces sic demum debetur, si masculi non extant arg. c. 1. de eo*  
*qui sibi vel heredib. suis Quare regula ponenda, quod qui succedere*  
*possunt in feudo, illis ex eo debetur legitima alijs non. videatur Ro-*  
*senth. de feud. c. 7. q. 13. per tot. & q. 30. n. 10. & q. 39. n. 2. Hartm. Pistor. lib.*  
*2. q. jur. p. 2. q. 38. n. 15. l. posthumus §. si quis ex his ff. de inoff. testam. l. ma-*  
*ximum vitium V. cum enim C. de liber. prat. l. cum queritur & l. parentib.*  
*C. de inoff. testam.*

*Questio XXII.*

Si pater filium justè exhæredaverit, an hoc in successione  
feudali filio aliquod præjudicium adferat? Et dico istam ex-  
heredationem in feudo nihil præjudicare, cum liberi in feudis pa-  
rentibus non jure suitatis, sed jure contractus succedunt: prima e-  
nim investitura hic consideratur, cujus vigore omnes succedentes  
feuda nanciscuntur, pactione inter primum acquirentem & do-  
minum primum investientem. *facit text. l. F. 8. vide Rosenth. d. c. 7. q.*  
*27. à pr. & q. 20 n. 10. cum seqq. Boc. cl. 5. disp. 8. l. 5.*

*Questio XXIII.*

An possessio feudi in suum heredem ipso jure transeat, ita  
ut non opus sit apprehensione? Quod indistinctè *cum Rosenth.*  
*c. 7. q. 17. n. 3. Gail. 2. observ. 152. n. 10. Mynsing. cent. 3. observ. 38. de jure*  
*communi*



communi etiam feudali, nego, cum morte possessio solvatur, quæ omnia solvit text. in *auth. de pup. novell. 22. §. deinceps in pr.* Et voluntas defuncti in heredem non transmittitur *l. 4. ff. locati.* illa autem requiritur in acquisitione *Chas. in consuet. Bu. g. rubr. des successions 7. §. 1. le mort saisit in pr. nu. 1.* Et possessio est facti *l. 1. §. si vir & uxor. ff. de acquirenda poss.* quæ non nisi animo & facto acquiritur; non enim possessio sicut jus ipsum seu dominium quoque transit ad heredes sine corporalis apprehensionis initio per *l. cum heredes 23. ubi Zas. n. 6. l. qui universas 30. §. qui per colonum 5. ff. de acq. vel amitt. poss. text. in l. 1. §. Scævola 15. ff. si quis testamento liber. jus. Et *l. 1. in Camera sapius judicatum refert Rosenth. d. loc. gl. d. An verò ejusmodi statuta condi possint ut possessio ipso jure transferatur variè disputat Rosenth. d. loc. n. 4. seqq. gl. 1. seqq. sed hanc jam non meam facio litem.**

Questio XXIV.

Ratione possessionis illud quæro; an possessio, & detentio distinguantur? Quamvis detentio sæpius possessio dicatur, fit tamen genericè, & est possessio, sine animo & affectione dominij & rectius dici potest naturalis *V. l. 3. §. ex contrario & §. fin. l. 10. §. 1. l. 9. l. 18. l. 21. §. fin. l. 1. §. per procuratorem l. 30. §. 2. l. 31. 32. ff. acq. possess.* Quæ autem cum animo dominij sit conjuncta unica, & simplex, non distincta est, sive justa, sive injusta sit *d. l. 3. §. ex contrario ff. de acq. poss.* Hinc regula quod duo pluresve eandem rem uno verè possidendi modo possidere non possint.

Questio XXV.

An apprehensione unius partis vel loci ex pluribus feudi devoluti, vel concessi totius & omnium pertinentiarum possessionem nactus quis intelligatur? Distinguo, aut. n. res sunt separatae & diversae, ut diversi fudi, domus, prædia, quæ nõ veniunt sub unius tantum apprehensione, sed necessum est ut singulae (*quamvis non singula gleba*) apprehendantur *Gail. 2. observ. 129. n. 6. & 7. Menoch. remed. ad piscend. 3. n. 281. & seq. Mynsing. cõt. 3. observ. 33. latè Tiraq. de retract. lignagier. §. 36. notifié au greffe gl. 3. n. 3. seq. per l. 1. §. veter. es cū gl. in verbo per unum reliquorū. ff. de acq. poss. d. l. prædia eod. & gl. in l. 3. versi. quilibet ff. de acq. poss. Et sic judicatum in Camera Rosenth. de fei. d. c. 6. q. 14. gl. 6. Cū possessio sit facti, idè ad positionem unius, nõ cõtino sequitur positio alterius *l. non nudis l. epistolis C. de probat. Si v. rerum**

C 2

heredi-



hereditariarum vel concessarum unum sit principale caput, puta castrum, iurisdic. beneficium, & reliquæ res, ut membra vel ut pertinentiæ isti subjacent, tum apprehenso principali, etiam reliquæ pertinentiæ apprehensæ intelliguntur. Rosenth. d. e. q. 14. nu. 5. gl. g. Tiraquell. d. loc. n. 4. vult. 1. F. 10. n. 12. Schrad. p. 5. c. 2. n. 25. per. text. in l. possideri 3. in pr. ff. de acquir. possess. & arg. l. stellicidij 8. §. fin. ff. quemadmodum servitus amittit. Et hæc procedunt, nisi alius rem pertinentem possideat per l. quod meo 18. §. si dum in alia ff. de acq. poss. Rosenth. d. q. 14. gl. h. & n. ult. Tiraquell. d. §. 36. gl. 3. n. 12. ubi multos pro suo more allegat. Alexand. consil. 68. viso col. pen. versu ad prædicta lib. 2. Schrad. d. p. 5. c. 2. n. 25. in fin. Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 7. fol. 564. & seqq.

Quæstio XXVI.

Quæstio cuius obvia & toties reiterata, an liberi nati post acquisitum in successione natos ante acquisitum feudum, ducatum, regnum vel dignitatem excludant, ita ut illi his præferantur? Illos hos non excludere concludo per l. senatores 5. ff. de senatorib. & l. filij 22. §. sentoria ff. ad municipal. l. 2. §. 2. ff. de decurionib. l. moris 9. §. utrum hi soli 14. ff. de pœnis & multos alios juris text. qui non distinguunt inter liberos ante vel post dignitatem adeptum conceptos. Et hac conclusio ad stipulatores habet Rosenth. de feud. c. 7. q. 26. n. 4. ubi notabilis Gothof. Ant. disp. feud. 5. th. 5. lit. g. Besold. in tract. polit. c. 6. §. 5. n. 29. Harp. Inst. de success. ab intest. n. 106. in pr. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 62. Schrader. de feud. p. 7. c. 7. n. 28. & seqq. Forsterum de success. ab intest. lib. 4. c. ult. n. 36. cum seqq. Quia de conditione heredis, antequam successio ad eum pertineat, non est quærendum. l. non oportet 52. ff. de legat. 2. l. intervenit 24. ff. de legat. præstand.

Quæstio XXVII.

Constat primo genitus post principem sedere debere à dextris patris, & præ alijs in festis sacris sacrificia obtulisse & sedisse à dextris patris & cibos duplicatos recepisse Ioan. Montagn. in tract. de author. magni Consilij in 105. ex cap. 25. Gen. melius Gen. 21. & Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. & probatur per text. c. 1. de pac. constant. In feudis autem quæritur, nū ubi jus primogenituræ locum habet, nepos ex primogenito adhuc vivo possessore natus, excludat patrum secundo genitum? A. ex constitutione Caroli IV. tit. 7. & 20. & in 24. in Aurea Bulla ubi illa



illa primogenitum in electorali dignitate praefert. suffragatur text. & arg. c. 1. de success. feud. 1. F. 8. & tit. 19. §. si quis miles Constitutiones domini Lotharii 1. F. & tit. de succ. fratrum 2. F. 11. afferunt & hoc Tiracuell. de jure primo geniturae q. 40. tot. praefertim n. 12. & 15. Gothof. Ant. disp. feud. 5. & 6. lit. l. Rosenth. de feud. d. c. 7. q. 26. n. 12. Bosold. d. r. polit. c. 6. §. 5. n. 30. Covarruv. practa. quest. c. 38. n. 6. & seqq. Schenck Baro. ind. c. 1. de feud. March. 1. F. 14. Rittirch. p. feud. c. 15. n. 13. doctè Buxtorff. in disert. ad Bulur. posit. 85. lit. a. & b. Quia jus ordini & loco alicui concessum, ei tantum, qui ordinem illum & locum occupat, debetur. arg. l. immunitas 4. & l. semper 5. §. 1. ff. de jure immunit. l. 1. in pr. l. 3. §. 1. l. 4. §. 3. ff. de censib. quod in feudis locum obinet 1. 1. §. 1. & tit. 14. de feud. Marchia 1. F. At jus primogenitaturae tantum primogenito concessum, ideo tantum illi, qui in ordinem succedit ejus competit. l. filius 28. §. 1. ff. de liberis & posth. jure scilicet transmissionis, cum etiam jus primogenitura vendi potuit Gen. 25. vers. 31. seqq.

Quaestio XXVIII.

An hæc sola & immediata sit causa, ut primogenitus in feudo dignitatis succedat, quod feudum dignitatis dividi non possit; & an feudum eiusmodi dividi possit? Quod & feuda dignitatum dividi nequeant, constabit, sed tamen ista non est causa, quod primogenitus tantum succedat. Rosenth. de feud. c. 7. q. 16. n. 13. & c. 9. memb. 1. q. 55. n. 9. Menoch. Consil. 97. vol. 1. Vide tamen Andr. Knich. de Saxon. non pro jur. c. 3. per tot. ubi multis. Et est ratio quod de jure feudali id nullibi expressum; hoc quidem in eo reperitur, quod feuda dignitatum per se, & ex sua natura dividi non possint. text. apert. & ibi feud. in c. imperialem §. praeterea ducatus de feud. prohib. alien. per Frid. 2. F. 55. Cujus ratio est quod ejusmodi dignitates unitae esse debeant, Quia virtus unita fortior in se ipsa est, quam si sit dispersa, Brun. cons. feud. 93. n. 12. Rosenth. d. q. 55. gl. a. Ex quibusdam quidem accidentibus & intervenientibus causis dividi possunt. de quib. Rosenth. d. c. 9. q. 56. 57. Knich. d. loc. quidem multis. Causa autem *συνεχισθη* ob quam in feudo regali, & regalem dignitatem habenti primogenitus tantum succedat, est vel pactum investiturae insertum; aut provinciae vel familiae consuetudo. Rosenth. d. c. 7. q. 26. & c. 9. q. 55. n. 10. gl. h.



Questio XXIX.

An in feudo ex primi acquirentis investiturâ tot promaneât protogeniæ, quot filij eidem primò acquirenti, vel alij ex ipso descendenti nascuntur; & sic successio per istas protogenias deducenda, antequam ad successio- nem veniant etiam proximiores agnati? Post casus repræ- sentationis, quæ de jure Civili obtinet, successio collateralium hac generali regula expeditur. Qui proximior in gradu remotiorê ex- cludit, & successio est in capita non in stirpes. §. Si v. neq; fratres in auth. de hered. venientib. ab intestato Coll. 9. novell. 118. Rosenth. c. 7. q. 57. n. 5 gl. d. c. 1. an ille, qui interfecit fratrem domini sui. & c. 2. F. 37. & in c. 1. §. dū modò de nat. succ. feud. 2. F. 50. qui textus v. adducitur pro contraria opi- nione, Dictorū a. ratio est, quod talis modus succedendi de jure feu- di non sit sublatus, & sic standū Juri Cōmuni, arg. l. præcipimus, in fin. C. de appell. Hoc tamē notandū, quod ista proximitas cōsidere- tur & ratione possessoris ultimò defuncti, & quidē primariò, & ra- tione primi acquirentis.

Questio XXX.

An collaterales in feudo in infinitum succedant? Quod af- firmatur, per text. expressos tit. Si vasallus feudo privetur, 2. F. 31. & de natura successionis feudi tit. 50. in pr. vers. ex latere & c.; & de his qui feudum dare possunt. 1. F. 1. §. hoc sciendum, ex quo §. ad argumenta con- traria desumenda responsio. gl. in c. 1. de feud. Marchiæ Hanc sim- pliciter verā, & in praxi observari dicit Rosenth. c. 7. q. 56. n. 2. & quos magno numero allegat gl. a. Valt. 1. F. 9. n. 102. & est prejudiciū Came- re in causa Zizevis cōtra Zizevis ubi nō cōstabat quoto esset gradu Procedit etiam si post annos 500 vel 1000 succedant, adeò ut ulti- mus id beneficio primi acquirentis consequatur, Rosenth. de feud. d. c. 7. q. 56. n. 2. gl. b. c. d. disputat eleganter Hartman. Pist. q. 19. p. 2. lib. 2. n. 26. precedd. & seqq. & q. 58. n. 1. & n. 3. Gail. 2. Observ. 150. n. 2. seqq. Mynsing. cent. 2. Obs. 95. Idq; ob rationē, quod hæc successio à primo acquirente & primo infeudante eo usq; fuit intellecta, & ita de jure novissimo obtinet. Gothof. ad c. 1. §. hoc quoq; sciendum 4. 1. F. 1. Et obtinet in feudo ecclesiæ Dd. in l. ex facto in fin. ff. solut.

Questio XXXI.

Fœminas in feudo nō succedere, regulariter verum, text. in c. 1. §. & quia



quia vidimus, *vers. hoc a. notandū. de his qui feud. dar. poss. l. f. i. c. i. § si-  
lia v. de succes. feud. l. f. 8. c. i. §. et si clientulus de alien. feud. l. f. 13. c. i. quē  
admodū feud ad filiū pert. l. f. 24. c. i. de Succes. frat. & grad. Succ. 2. f. 11.  
c. l. an mut. 2. f. 36. & c. i. de natur. Succes. feud. c. i. & §. similiter de capi-  
tan. qui cur. vendid. & quos alleg. Rosenth. de feud. c. 7. q. 31. gl. a. Idq;  
ob rationes, quas conguessit, Rosenth. a. q. 31. n. 2. & Roland. à Valle. con-  
sil. 41. Viso themate n. 11. lib. 4. Iā verò quæritur an fœmina ad-  
mittatur ad successionem feudi conditionati vel censualis?*

Quod nego, ob datos textus & rationes, quod scilicet regula ge-  
neralis sit. Fœminas generaliter in feudo non succedere, regulæ  
standū, donec de exceptione: p prægnates rationes doceatur. *arg.  
c. i. in fin. in quib. caus. feud. amittatur. Rosenth. de feud. c. 7. q. 33. n. 10. gl.  
e. Curt. lun. de feud. p. 3. Princ. memb. i. in fin. Idē dicendū de feudo cen-  
suali, ob rationē, quod fœmina fidelitatē istā præstare non possit.*

*Rosenth. d. q. 33. n. 25.*

*Quæstio XXXII*

An fœmina in feudo emto succedat? Nego per suprā datas ra-  
tiones, quod scilicet essentialia feudi interueniente emtione non  
sint mutata. Fœmina autem ab omni feudo excluditur, tum quod  
quis ré allodialē ut feudū recognoscēs, in isto recognito feudo fœ-  
mina non succedat, quia fœmina servitia militaria præstare non  
potest, & sic sēt. *Rosenthal. c. 7. q. 34. n. 7. Valt. de feud. l. f. 9. ubi mul-  
tis, Roland. à Vall. cons. 23. Visis iuribus ad me transmissis. n. 32. lib. 1. & cō-  
sil. 41. viso themate n. 11. vers. quæ regula & seqq. 8. & cons. 48. magni-  
ficas dominas. n. 35. & consil. 90. tota machina. n. 41. vol. 4. Raucbb. p. 1. q.  
37. n. 16. Hart. Pist. lib. 2. p. 2. q. 34. n. 8.*

*Quæstio XXXIII.*

An in feudo fœmineo fœminæ succedant vi & naturā e-  
jusmodi feudi fœminei; an verò ad hoc ut succedant reli-  
quæ, præter primam acquirentem expressum pactum re-  
quiratur? Prius affirmatur. *per tit. 50. lib. 2. f. in verbis nisi ex pacto,  
vel nisi sit fœmineum & c. per tit. 11. lib. 2. f. vers. nisi sit ejus conditionis,  
vel ex pacto acquisitum per tit. de successione feud. l. f. 8. §. fin. tit. de feu-  
do fœminæ 2. f. 30. & tit. casus quib. fœmina in feudo succedit  
§. iugales. 2. f. 104. lib. 4. Cum secundum primordium tituli,  
posterior formatur eventus. *arg. l. un. in fin. C. de lucratis. impond.  
descript. lib. 10. cap. 1. de eo. qui sibi & heredib. mascul.**

*Affir-*



Acquisitio autem & dispositio prima censetur juxta Personæ ac-  
quirentis conditionem & qualitatem facta. *perl. plenum. §. equitū*  
*ff. de usu & habitat. cum radices egit in fœmina in prima concef-*  
*sione voluit & acquirens & concedens ad fœminam prolem pro-*  
*rogare. Cum rem quamq; suâ origine metiamur. l. qui id quod ff. de-*  
*donat. l. fin. si ex noxal. caus. a. gat. Idq; obtinet potissimum in feu-*  
*do. c. 1. de eo qui sibi vel heredi masc. Et ita sentit. Rosenth. c. 7. q. 35. n. 4.*  
*& quos alleg. gl. d. & c. 2. q. 6. n. 3. & quos alleg. gl. b. Vult. 1. F. 9. n. 40. la-*  
*tissime. Zasius p. 8. n. 39. Somsbeck p. 9. n. 123. Hartm. Pist. lib. 2. pract. quest.*  
*q. 24. n. 13. & seqq. Roland. à Valle consil. 67. n. 8. & 20. vol. 2. & cons.*  
*76. n. 7. vol. 3.*

*Questio XXXIV.*

An Imperator, vel alius quidam superiorem non recogno-  
scens, fœminam ad successionem feudi, in præiudicium  
masculorum, vel filiorum, vel agnatorum inferiorum ha-  
bilitare possit? *N. Corruvav. var. resol. C. 6. per tot. Forster. de Succes-*  
*ab intest. lib. 6. c. 36. n. 9. Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vedit. in rub p. 1. c. 2. n.*  
*8. & mult. seqq. Hart. Pist. 2. q. 2. q. 34. n. 39. Vult. de feud. 1. c. 9. 46. Quia*  
*jus alteri quæsitum, ei invito auferri, non potest. l. 11. de R. I. Jam*  
*verò feudum, vel jus in feudo istis dictis quæsitum est per investi-*  
*turam. c. 1. §. 1. de feu. d. Marchia. 14. per tit. 39. lib. 2. F. tit. 8. §. hac*  
*quoq; tit. 13. lib. 1. F. tit. 26. §. Titius lib. 2. F. & tit. 14. & tit. 49. lib. 2. F. &*  
*tit. 26. lib. 2. F. §. Titius itidem tit. 39. lib. 2. F. & tit. 7. lib. 1. F.*

*Questio XXXV.*

An dominus & vasallus instrumenta feudalia sibi invicem  
edere teneantur? De domino affirmat *Rosenth. de feud. C. 8. q. 33. n.*  
*4. per textum in c. 1. de forma fidelitatis & can. de forma 22. q. 5 de*  
*Vasallo Hartm. Pist. lib. 2. p. 2. q. 46. n. 6. & Rosenth. d. loc. n. 5. & quos al-*  
*legat gl. d. Roland. à Valle cons. 89. Vol. 2. Cū hæc instrumenta sūt cõmu-*  
*nia, & cõcernūt utriusq; interesse. facit. l. 2. & ibi Dd. C. de edēdo l. fin.*  
*C. de re judic. Facit etiam quod feuda omnia ab ipsius providentiâ*  
*procedant, §. & quia vidimus 1. F. 1. Atq; propterea ex hac concef-*  
*sione censetur esse fuudata intentio domini, ut si Vasallus de*  
*concessione ejusdem excipiat, illam probare necesse habeat, tan-*  
*quam nitens jure in re alienâ. arg. l. altius. l. tibi C. de servit. & aquâ*  
*§. p. enult.*





§. penult. instit. de servitutibus. Nam quoties pro actore militat juris aliqua præsumtio, possideti verò resistit, tunc possessor tenetur edere titulum suæ possessionis; nec est locus regulæ in l. cogi C. de petitione heredi. uti tradunt Dd. in l. sive possidetis C. de probat. c. cum cōtingat. de decimis. Fallit autem in Vasallo negante, qui lōgissimo vel antiquo tempore possederit. Hartm. Pist. d. loc. n. 10. per text. in §. si quis per 30 annos, si de feudo defuncti consentio inter dominum & agnatos 2. F. 26.

Questio XXXVI.

An textus in c. an mutus vel aliàs imperfectus feudum retineat 2. F. 36. ex §. fin. tit. Episcopum vel Abbatem 1. F. 6. sit explicandus? Affirmo, quia feuda dantur ob servitia, quæ imperfectus præstare non potest. §. beneficium, in quibus causis feudum amittatur. 2. F. 23. arg. l. ex his omnibus ff. de condit. indeb. Hartm. Pist. l. 2. p. 2. q. 32. n. 3. & seqq. Hoc tamen cum isto moderamine intelligo, quod ex accidente inhabilis redditus feudum & paternū & novum retineat, Privatio n. sine lege & certâ causâ fieri nō potest, nec Vasallus feudum acquisitum sine culpa amittit. tot. tit. de feud. sine culpa non amittendo. 1. F. 21. text. in §. sed non alia, quæ fuerit prima causa beneficij amittendi. 2. F. 24. & c. 1. de forma fidelitatis 2. F. 6. & tit. de nova forma fidelitatis 2. F. 6. ibi: tantum de possibili.

Questio XXXVII.

In simultaneâ investiturâ simul investiti; an secundum gradus prærogativam, an verò nulla graduum ratione habitata iure Saxonico pariter succedant? Nisi instrumentum & tenor simultaneæ investituræ prius non disponat cum Hartm. Pistor. q. 31. n. 20. & quos allegat. n. 27. de praxi posterius; scilicet simul investitos pariter sine graduum prærogativa succedere, affirmo. Idq; ob has rationes, quod jure Saxonico in successio- nib. nulla penitus habeatur ratio agnationis; sed jus succedendi ex agnatione proveniens, penitus extinctum est. Hartm. Pistor. d. loc. n. 21. argt. l. adigere 6. §. quamvis à princip. de iur. patron. c. cum ces- sante de appellat. text. junct. gl. in verbo reddi. in l. a. Titio 108. ff. de verbor. obligat. & in c. scire debet distinctione 76.

D

Qaa-



Questio XXXVIII.

Juris est feudalis, quod vasallus dominum priorem contra posteriorem, sub periculo privationis feudi juvare debeat, & propterea posterioris feudi amissione non mulctatur. *text. in c. imperialem §. illud quoque de prohibita feudi alienatione per Frideric. 2. F. 55. & in §. contra omnes De prohibita feud alienatione per Lodarium. 2. F. 52. Rosenth. de feud. c. 8. q. 16. n. 1. gl. a. & n. 2. gl. b.* Hinc quaeritur unde ista antiquitas aestimanda; an a vasallo fidelitatem jurante & investito; an verò a domino & origine feudi? Posterius placet *per c. satis bene, 2. F. 52.* Quia feudum istud paternum est antiquum, nec eius natura in persona vasalli succedentis mutari potest. *l. 2. ff. de verb. obligat.* Et vasallus semper intelligitur primo acquirenti succedere, idque ex pacto & providentia, non beneficio ultimi defuncti, sic tenetur pactum primi acquirentis, quod est, ut vasallus non habeat alium dominum antiquiorem, praestare. *Rosenth. d. loc. n. 6. gl. e. & sic praeterea sentiunt, Gothofred. Anton. disp. feudal. 7. th. 5. lit. e. Cartius Junior p. 4. n. 131 Schrad. de feud. p. 6. c. 5. n. 6. & seqq.*

Questio XXXIX.

An dominus oppignorationi consentiens feudo sibi jam apto propter consensum prius adhibitum, obligatus sit, ut vel debitum luat, vel creditorum iure suo uti patiatur? Affirmo. *per text. in l. per fundum de servitut. rust. praed. l. in diem ff. de aqua pluvia arcenda. c. qui semel de regul. juris in 6. melior text. in c. unic §. & si clientulus vers. si verò de alienat. feud. 1. F. 13* Cum & ipsa oppignoratione jus constituatur, quod cum re ipsa transit ad quemcumque ea pervenerit. §. omnium autem §. item serviana ubi Dd. *Inst. de act. ad cuius contractus naturam dominus se conformare voluisse praesumitur.* Qui enim consentit, contractui super re aliqua inuito, hoc ipso censetur renunciare juri, quod in re ista habet. *l. si servus communis ff. de donat. inter virum & uxorem l. apud Celsum §. quasitum ff. de exceptione doli l. fideiussor §. pater ff. de fideiussorib. l. codic. §. insulam de legatis 2. l. 2. C. de remis. pignor. Et eunt in hac sententiam Gothof. Anton. disp. feud. 9. th. 4. lit. c. vers. quod si dominus. Schrad. c. 8. p. 4. n. 34. Rosenth. de feud. c. 9. q. 18. n. 1. Hartm. Pist. lib. 2. p. 2. q. 48. per tot. Fachin. 7. controvers. 56. Rüdinger lib. 1. q. 69. Rauchb. lib. 2. q. 23. An a. idem juris sit, si in consensu domini adjecta sit clausula salvo jure suo feudali? acriter*



acriter disputant. *Hartm. Pist. d. loc. n. 32. & Rosenth. d. loc. n. 4*

309.

Questio XL.

An vasallo sit licitum sub in feudare, etiam pretio accepto sine fraude tamen? Assero, quod sine consensu feudū licitè sub in feudare possit. *c. benefic. & ibi gl. si de feudo defuncti controversia & c. 2. 2. F. 26. facit c. 1. § sed etiā res per quos fiat investitura. 2. F. 3. text. in c. 1. §. similiter. de l. corrad. 2. F. 34. gl. ad rubicā c. 1. de alien. feudi paterni. 2. F. 39. text. in §. callidis. de prohibita feudi alien. per Frideric. 2. F. 55. & c. 1. & ibi omnes qualiter olim feudū 2. F. 9. Rosen: h. c. 9. q. 43. n. 1. & quos allegat gl. a. Idē Juris est, si sine fraude etiā precio accepto sub in feudet, & feudū vel etiā majori, vel minori, ad servitia tamen idoneo, conferat, cū istā subinfeudandi concessione omni & meliori & utiliori modò expedire possit, facit. *l. ubi est 21. ff. de rebus dubijs l. 3. de testam. militis. Gylman. in Symp. tom. 1. p. 1. tit. 7. f. 502. n. 143. Et hoc nullibi prohibitum est, cur igitur stare prohiberetur, l. Sancimus. C. de testamentis. l. precipimus. ff. de appellationib. & sic statuunt Rittersbus. p. feud. c. 2. q. 61. Rosenth. d. c. 9. q. 44. n. 3. & 5.**

Questio XLI.

An Pater filijs in feudo novo, cum consensu domini alienādo; vel paciscendo præiudicare possit? Affirmo, cū jura feudalia statuentia alienationē feudi non præiudicare, de feudo paterno antiquo loquātur, non v. de novo. *c. 1. de alienat. feudi paterni 2. F. 39. & est ratio, quia pater istud feudum ut rē suā acquisivit, quidni ergò alienare possit? argt. §. fin. Instit. quib. modis tollitur oblig. l. nihil tam naturale est ff. de reg. jur. Cum & jure communi statutum, quod si pater operas sibi & filio stipulatus fuerit, uni filiorum in præiudicium aliorum assignare possit. *l. 1. ff. de assign. libert. autores sunt Zasius p. 9. n. 30. Gothof. Anton. disp. 9. d. 4. lit. b. Hartm. Pistor. lib. 2. p. 1. q. 4. n. 23. & quos magno numero ibicitat. Rosenthal. c. 9. q. 66. Vult. 1. F. II. n. 84.**

Questio XLII.

An proximior agnatus feudum Paternum, vivo adhuc alienatore, si id in remotiorem agnatum alienatum sit, retrahere possit? Affirmo, *per c. un. per quos fiat investitura. §. sed etiam res. 2. F. 3. Cui succurrit l. 2. §. hereditas & §. legitima ff. de suis & legitimis l. proxim. 92. ff. de V. S. 2. cū expressū sit q̄ in redimēdo potior sit*

D 2

proximi



proximi agnati conditio c. qualiter olim §. 1. vers. porro 2. F. 9. huic o-  
pinioni adstipulantur Rosenth. de feud. c. 9. q. 67. n. 6. & quos allegat. gl.  
l. & q. 88 n. 6. in fin. Schrad. de feud. p. 1. q. 4. n. 11. & q. 5. n. 24. Gothof.  
Anton. disp. feud. 10. d. 1. lit. g. & §. 5. ibi non solum.

Questio XLIII.

An filii dato pretio ius revocandi paternum feudum, cum  
consensu domini alienatum, vivo adhuc patre alienante  
habeant? Affirmativæ subscribo, quia filijs debetur feudum anti-  
quum ex pacto & providentia majorum, ita ut vivente patre filius  
feudi dominus esse videatur §. filius. 2. F. 26. Mynsing. cent. 4. observ. 85.  
n. 3. 2. per c. 1. §. & quia cum §. cum v. Conradus, de his qui feudum dare  
possunt 1. F. 1. c. capitaneus de feudo Marchie. 1. F. 14. c. 1. de eo qui sibi &  
heredib. 2. F. 17. & c. 1. §. quid ergo vers. item quid in feudo antiquo de in-  
vestitura de re alien. fact. 2. F. 8. & c. imperialem. §. ducatus. 2. F. 55. arg.  
§. Si arrogator Inst. de adoption. Cum filij patri sunt proximi agnati  
l. filius 12. ff. de suis & legit. Et ita omnes Feudistæ statuunt præ-  
ter Saxonicos, qui speciale quid docent, vide Rosenth. c. 9. q. 88. n. 1.  
seqq. Zasium p. 9. n. 30. vers. 7.

Questio XLIV.

An verò filii mortuo patre, feudum eiusmodi alienatum  
sine pretio iure successione retrahere possint? Affirmant  
omnes Feudistæ præter Hartman. Pist, Saxonicosq; & Vult. Cum  
feuda antiqua beneficio primi concedentis, & ex acquirentis cõ-  
tractu, omnib. ejus descendētibus jure singulari debeantur per §.  
& quia §. vero Conradus 1. F. 1. & reliqua fundamenta supra po-  
sita. Ergo ijs invitis auferri non potest. argt. l. id quod nostrū 12. ff. de  
R. I. Rosenth. c. 9. q. 67. n. 2. gl. fin. & q. 68. per tot.

Questio XLV.

An agnati proximi, post proximiores recusantes inter vi-  
vos, sicut in successione dato pretio retrahere possint feu-  
dum alienatum? Affirmo. per text. in §. sed etiam res vers. nisi ti-  
bi vel aly proximiori. per quos fiat inv. 2. F. 3. & sic putant Gothof. Anton.  
disp. feudali 10. th. §. lit. d. vers. idemne in jure Schrad. d. feud. p. 1. q. 3. n. 14.  
& p. 8. c. 7. n. 56. seqq. Rosenth. c. 9. q. 82. n. 3. in fin. & gl. c. & 81. n.  
1. seqq.

Qua-



Questio XLVI.

An præscriptio contra Patrem vel proximiorum magnatum impleta etiam filio vel proximo agnato obsit? Nego per text. expressos in c. un. in prin. vers. quid ergo de investitura de re aliena facta, 2. F. 8. c. un. §. hoc quoq. ibi: nihilominus revertitur ad me de successione feudi I. F. 8. c. un. §. satis de prohibita feudi alienatione per Lotarium. Cum enim alienatio non obsit, merito nec præscriptio, quæ species alienationis est. l. alienationes 28. ff. de V. S. vide Rosenth. c. 9. q. 85. & 84. Gothof. Anton. disp. feudali 10. §. 6. lit. e. vers. & si autem.

Questio XLVII.

An vassallus post alienationem & traditionem feudi rursus in continentem poenitere, feudum recipere & caducitatem effugere possit? Nego. per text. expressum in c. quid juris si post alienationem & 6. 2. F. 44. Rosenth. c. 9. q. 2. Vult. I. F. II. n. 43. vide Heig. lib. 2. q. 4. per tot.

Questio XLVIII.

An Patris delictum in feudo exacto puro commissum filios spe re cadentiam in æternum frustretur? Sic quidem affirmandum. ex c. si vassallus feudo privetur. 2. F. 21. c. si de feudo defuncti vers. si vassallus 2. F. 26. Rosenth. de feudis c. II. à princip. & q. 4. 5. 6. post alios Becerus Class. 5. disp. 20. §. 138. 139. Hartm. Pistor. lib. 2. p. 1. q. 13. n. 2. & seqq. Si crimen sit læsæ majestatis nullum est dubium arg. l. quisquis C. ad l. Iul. majest.

Questio XLIX.

An malæ fidei possessor feudi vel alterius rei impensas, in his factas servare vel repetere possit? Regula quidem generalis ita sonat, quod fraudulentus possessor sive usurpator rei alienæ nihil repetat impensarum, nihil retineat, imputaturus sibi, quare non abstinerit ab alieno, l. ad eum quidem. 7. §. ex diverso l. quæ ratione 9. §. sed non utiliter 2. ff. de acquir. rer. domin. & §. ex diverso Instit. de rer. divis. l. 2. l. domum C. de rei vindicatione Vult. 2. Jurisprud. Romana c. 67. n. 46. Hanc tamen regulam & jus strictum benignitas l. plane 38. & naturalis ratio in l. si à domino 36. §. fin. ff. de petitione heredit. & l. nam natura 14. ff. de condict. in debit. & circumscriptio judicis & attentio

D 3

arg.





ventio ad omnes circumstantias, restringunt, & malæ fidei possessorum pro diverso respectu impensas factas adjudicant. Hinc si possideat malæ fidei possessor beneficio *l. domum §. c. de rei vindicat.* officio Judicis necessarios sumtus repetere potest. utiles autem impensas sine læsione prioris status, auferre potest. *d. l. planè 38. ff. de petit. heredit. l. idemque 9. §. idemque ait 10. ff. mandati. l. utiles 39. ff. de petit. heredit.* Si non possideat, tantum æquitatis ratione ei concessum est, ut pro impensis necessarijs & utilib. actionem negotiorum gestorum utilem instituat; si scilicet res aliena revera per impensas melior & pretiosior facta sit, *l. si pupilli 6. ff. de negot. gest.* An voluptuarias impensas malæ fidei possessor abradere; vel detrahere possit, relinquo?

*Questio L.*

Feudo sine culpa finito & Domino aperto, quatenus fructus anni ultimi cedant eidem, vel remaneant apud heredes? Aut enim vasallus moritur ante mensem Mart. vel post Augustum; Si ante Calendas Martij, tunc fructus ad Dominum pertinent; Si verò post usque ad Augustum inclusivè, fructus omnes heredes percipiunt *c. hic finitur lex & c. vers. his consequenter 2. F. 28. Rosenth. c. 10. q. 42. n. 34. & seqq.*

COROLLARIA.

I.

Quidam Vasallus agnati defuncti feudum, statim atque Uidua ipsius feudum illud nomine datalitijs possidens in vivis desijt esse, hanc in faciem apprehendit, ut subditos & villicos homagio sibi obstringeret, administrationemque ipsis demandaret, qui licet mandatum susceperint: postea tamen dicunt se nomine heredum Uidua defunctæ ex capite prætensæ hypothecæ possedisse, Vasallus ut proximus agnatus hoc expertus utrique & administratori, & villico prædio ut exeant, injungit, quæritur an spolium commiserit? Adhuc sub judice lis est, sed libenter audirem, quid doctiores sentirent?

Furem



II.

Furem rupto fune incolumem in terram decidentem haut esse resuffigendum opinantur Luc. de Penna. Nevizan. Tiraquell. Alciat. Ast melius & rectius Ann. Seneca tradit; nefas esse, ut illū laqueus absolvat, qui tantum damnatum accipit.

III.

An Philosophia in Theologiâ quoque usum aliquem obtineat? Disting.

SOLI DEO GLORIA.



8

62





176  
[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side]






Strassberg, Diss., 1623-26


X2617020

VDMA









B.I.G.

Farbkarte #13

NTURIA  
IONVM  
LIUM;

~~296.~~ 3

1624,5

16

AM  
ANTE GRATIA,

X  
HORITATE AMPLIS.  
dicæ in celeberrima  
nfi Academia

VTRO QVE IVRE  
sequendo,

andam proponit

HINTZIVS  
Pomeranus.

, Horis locoq; consuetis.

TORATI,

LV S LEDERTZ,  
DC. XXIV.

62

8

